



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Studium parendi. 55

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

aliquid latere, cuius adspectu  
mox utrumque suppuderet. Eū  
igitur, interpellans, quæso te, in-  
quit, vocis huius sic interpretem  
agas, ut quicquid honestum ea  
occulit, id mihi volenti lubentē-  
que significes: siue est, ut aliud  
concelet; nolo, mea te causa fa-  
tigēs.

*LV. Studium parenli.*

**L**Oci præfides, ludiq; sui ma-  
gistros, quā studiosè co-  
luerit, agrè sibi explicando. Nā  
siue vltro illos alloqueretur, siue  
vocatus ab ijs mandata accipe-  
ret; mira erat adolescentis in ge-  
stu vultūque reuerentia. Eorū-  
dem leuissimos nutus, & quic-  
quid nutu decressent, vigilatē  
integrēque seruabat. Nemo de-  
prehendisset, latus pro silentio  
leges verbulo temerantem: ne-  
mo

mo  
im  
eos,  
um  
rept  
rit,  
olei  
præ  
citu  
lijs  
qua  
tubi  
tus  
vici  
ram  
mi  
balc  
pen  
pera  
verb  
cū  
cætu

mo cū se exteris, qui qui essent,  
 immiscentem: adeò quidam, vt  
 eos, etiam vtrò se ad colloqui-  
 um offerentes, surdus mutūque  
 repudiarit: eaque in re, malue-  
 rit, ruris aliquid & rusticitatis  
 olere, quàm vrbaniore legum  
 præscripta excedere; quibus san-  
 citur, ne alij commercia cum a-  
 lijs exercent, nisi sub iisdem  
 quasi signis, eodémque in con-  
 tubernio commorentur. Exper-  
 tus hanc repulsam est quidam è  
 vicinia adolescens; qui sub ho-  
 ram promeridianam, dum ani-  
 mi relaxantur, iniussus cum V-  
 baldino se consociarat, neque  
 pensi habita lege fabulari inee-  
 perat: non passus illum est tria  
 verba finire Antonius, sed liberè,  
 cū inquit, è diuerso vterque  
 cætu simus; noli quæso, commit-  
 tere,

tere, vt disciplinam Seminarij, prouidenter constitutam, temerè infringamus; & cum dicto, hominem à se amisit.

*LVI. Legum observatio.*

**I**dem institutum inter ipsos quoque contubernij sui socios retinuit; vt reductus ambulatum ab assignati comitis latere nunquam abiret; neque alteri, quàm cui præfectus iussisset, adiungeretur. Et comitem hunc ipsum plerumque inducebat, vt coronarias preces B. Virgini vterque simul conciperent; easque de via alterni recitarent. A quo consilio si socium fortè ab horrentem nactus fuisset; tum demùm à præfecto postulatum, vt lego solutus, cum alio aliquo componeretur. Certè autem nunquam

pet-

pern  
culis  
de p  
ueni  
ipso  
tuni  
infe  
vult  
& a  
nihil  
ban  
è ci  
ctar  
tam

I A  
N  
præ  
fera  
tru  
bal